

M. MANTVAE
BONAVITI PATAVINI
Iuricon. ac Cæsarei Comitiss, &
Pub. legum interpretis,

ENCHIRIDION RERVM
SINGVLARIVM.



Additis etiam in studiosorum gratiam, scholijs. l.
cum probatio. l. quotiens. §. qui dolo. &
l. uerius. ff. de proba. in quibus
De seruis fugitiuis.
De iudicijs & tortura.
De dolo & culpa.
Deq; ignorantia & scientia nō inutiliter agitur.

AQVA NON SITJET

QVI BIBERIT EX HAC



IN AETERNVM.

VENETIIS ad signum Putei. M D L I.

Num. 43. cap. 2. non 17.

Coll. Soc. BSV
BIBLIOTHECA
ALAMANA
MANTVAE



HIERONYMVS

Niger, legum Doctor, summi templi Pa-
tauini Canonicus, Andreae Mat-
thæo Aquiuuo, Adriæ
Ducis filio.
S. D.



ARCVS Mantua
Iurisconsultus, præce-
ptor olim meus, inter
cætera diuini ingenij
sui monumèta, Enchiridium locorum
singularium conscripsit, egregium sa-
nè opus, & legum scientiæ studiosis
hominibus admodum utile. quanquam
enim in hoc genere et alij scriptores
elaborauerint, tam uastum tamen est
huiuscæ disciplinæ Pelagus, ut ab il-
lis penitus enauigari et percurri ne-
quaquam potuerit, ac propter uari-
as grauissimorum authorum senten-

M. MANTVI BONA
VITI PATAVINI IVRE.
CONS. AC COMITIS,
RERVMSINGV.
ENCHIRIDII,



LIBER PRIMVS.

Quòd vnusquisq; labi potest, ex quo magni
viri etiam in errores inciderunt, quodq; se
ipsum corrigere ingenuum est & laudabi-
le, & danda venia lapsò. Cap. 1.



FACTVM est iam tritum sero-
mone prouerbium, Quandoque
bonus dormitat Homerus. sine
exemplo maximus, qui magnitudo-
dine operis tamen & carminum
fulgore, solus poeta appellari
meruit, immo q; magna eiusdem
semper fuit apud ueteres authoritas, & tanta quie-
dem (mitto q; citetur Insti. de emp. & uen. & in pro-
he. fforum, in si. & alibi sæpe) ut dicatur, Solonem in
iudicio, uno ipsius uersu tantum, causam uicisse. eoq;
ad propositum usus est glo. in. c. si quis. 32. q. 7. & in
l. Clodius. ff. de acqui. h. er. & Sicut. in. l. sciendum. in. 1.

365

PAVLVS LIB. I.
QVAESTIONVM.

L.



HECTA. Quamuis hæc lex difficilis sit, longa, & uerbosa, attamen, ut inquit Odof. & Albe. est etiam pulchra, utilis & frugifera, nec silentio nunc inuoluenda. Opto solum auditores præstantissimi, ut attentionem mihi præ-

stetis sicuti consueuistis; quoniam ita labore contendam studio & diligentia, ut uos audiuisse non pœniteat, nec ego desperem, me posse uobis aliquid lucis afferre tantarum dubitationum tenebris, quæ in ea sunt, & non nihil fecunditatis exprimere etiam (quod aiunt) inuito solo.

Præmittentes hac de re prius, ut solemus, & quia initium quodcumq; (ut Ci. docet) aliquam procemij speciem habere debet, ex quo denarij mentio facta est, & usurarum. q. Nummus, & Sextertius, idem erant apud Ro. q. q; continebat initio duos asses, & semissem. æstimatus postea quatuor assibus, qui nummi etiã erant minimi pretij, iuxta illud Hora. Quem si comminuas, uilem redigetur ad assen. & Catul. ad Lesbiam, dicentis.

Viuamus mea Lesbia, atq; amemus,

Rumoresq; senum seueriorum

Omnes, unius æstimemus assis. & Sucto. in Augus.

402

P A V L V S L I B. I I.

S E N T E N T I A R V M.

L.



V M P R O B A T I O. Ad eui-
dentiã huiuscæ legis, licet breuis,
quoniam fit in ea mentio serui fu-
gitiui, præmitte, eum esse, qui ex-
tra Domini domum transit, fugæ
causa, ut latitet. & latius ut in l.
qs sit fugitiuus, in prin. ff. de ædi.

edic. fugitiuariũ uero, qui dabat operã ut reduceretur.
l. si apud. ff. de præscrip. uer. & ne dum fugitiuus
dictus appellatusq; est, uerum etiam erro magnus,
ad pusilli tamen differentiam, qui frequenter sine cau-
sa uagatur, quiq; tempus terit nugis, & ad dominum
redit. d. l. quis sit fugitiuus. §. erroneem. uel dic cla-
rius quòd seruus fugitiuus sit, qui non habet ani-
mum redeundi; erro autem sic, etiam quòd fugiat.
l. i. C. de ser. fu. d. §. erroneem. & est simile in §.
pauonum, Insti. de re. di. legimus etiam in ora. pro
Deiotaro Rege, apud Ci. cum seruorum crux sup-
plicium esset, quòd cruciferi quoque dicebantur,
crucis signum amplius in ueste ferentes, & fu-
gitiui à ceruorum celeritate, qui erant in tutela
Dianæ, & in cuius templo à Ser. Tul. Rege,
sibi dicato, quia ea die serua matre natus erat,
ipsorum dies festus Idibus Augusti olim fiebat.
est uerum, obiterq; dictum sit, licet in dubio

Sticho. §. si. ff. de usuf. lega. l. a. domus. §. 1. ubi glo. Bar.
 Imo. & cæteri. ff. de lega. 1. declarant Docto. in. d. §.
 de euictione, & in specie 1a. ibidem, in pen. col. et in. d.
 l. cum rem alienā, in prima, ubi alias limitationes etiā
 congerit, quas referre non curo.

Tertio & ultimo, habes ex glo. q. ignorantia præ-
 sumitur, nisi probetur scientia, & bene, ut supra ostens-
 sum est ex pluribus. Adde nouissime longe magis præ-
 sumi, ne puniatur. l. si. ff. de decre. ab ordi. fa. l. quinquā-
 ginta. ff. de excu. tu. l. generali. C. de tabu. lib. 10. Im-
 mo q. statutum loquens per uerba ampla & prægnan-
 tia, restringi debet etiam, ne ignorans puniatur. l. si ser-
 ui uestri. C. de noxa. ubi Saly. & omnes, late Bar. in. l.
 omnes populi, in. 6. q. prin. ff. de iusti. & iu. refert So-
 ci. cō. 122. in. 2. col. in. 1. uol. q. q. excusat ab expēsis, ut
 per Bal. in. authen. generaliter. C. de ep. & cle. & Fab.
 in. §. hæc autem, Insti de pœ. te. liti. & Bertran. consi.
 343. in. fi. uol. 3. & ne deniq; successor rem emphyteo-
 ticam alienans, cadat à iure suo ob non solutum cano-
 nem. l. 1. C. de do. quæ sub mo. firmat Cor. consi. 67.
 col. 2. uol. 2. & post eum Gozadi. Bononien. consi. 56.
 in. 3. Et ex his, finis sit etiam huic not. legi, Die. 15.
 Iulij M. D. L. Paduæ.

L A V S D E O.

Venetijs apud Bartholomæum
 Cæsanum. M D L I.